

**INTROIT Psalm 88: 20-22**

Éxtuli eléctum de pópulo, óleo sancto meo unxi eum: ut manus mea sit semper cum eo, et bráchium meum confirmet eum. (Ps. 88: 2) Grátias Dómini in ætérnum cantábo: per omnes generatiónes annuntiábo fidelitátem tuam ore meo. v. Glória Patri et Filio et Spíritui Sancto, sicut erat in princípío, et nunc, et semper, et in sæcula sæculórum. Amen

Éxtuli eléctum de pópulo, óleo sancto meo unxi eum: ut manus mea sit semper cum eo, et bráchium meum confirmet eum.

**COLLECT**

Deus qui ad tuéndam cathólicam fidem, et univérsa in Christo instauránda sanctum Pium, Summum Pontíficem, cælésti sapiéntia et apostólica fortitúdine replevisti: concéde propítius; ut, ejus institúta et exémpla sectántes, præmia consequámur ætérna. Per eúndem Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

**EPISTLE 1 Thessalonians 2: 2-8**

Fratres: Fidúciam habúimus in Deo nostro loqui ad vos evangélium Dei in multa sollicitúdine. Exhortátio enim nostra non de erróre neque de immundítia neque in dolo; sed sicut probáti sumus a Deo ut crederétur nobis evangélium, ita lóquimur; non quasi homínibus placéntes, sed Deo qui probat corda nostra. Neque enim aliquándo fúimus in sermóne adulatiónis, sicut scitis, neque in occasiõe avaritiæ, Deus testis est, nec quæréntes ab homínibus glóriam neque a vobis neque ab áliis. Cum possémus vobis óneri esse ut Christi apóstoli, sed facti sumus párvuli in médio vestrum, tamquam si nutrix fóveat filios suos. Ita desiderántes vos cúpide volebámus tradére vobis non solum evangélium Dei, sed etiám ánimas nostras, quóniam caríssimi nobis facti estis.

**GRADUAL Psalm 39: 10-11**

Annuntiávi justítiam in cœtu magno; ecce lábia mea non cohíbui: Dómine, tu nosti. V. Justítiam tuam non abscondi in corde meo; fidelitátem tuam et auxiliúm tuum narrávi. Allelúja, allelúja. V. (Ps. 22: 5-6) Paras mihi mensam, inúngis óleo caput meum, calix meus ubérrimus est. Allelúja.

**GOSPEL John 21: 15-17**

In illo témpore: Dixit Jesus Simóni Petro: Simon Joánnis, díligis me plus his? Dicit ei: Étiám, Dómine, tu scis quia amo te. Dicit ei: Pasce agnos Meos. Dicit ei íterum: Simon Joánnis, díligis me? Ait illi: Étiám, Dómine, tu scis quia amo te. Dicit ei: Pasce agnos Meos. Dicit ei tértio: Simon Joánnis, amas Me? Contristátus est Petrus, quia dixit ei tértio: Amas me? et dixit ei: Dómine, tu ómnia nosti; tu scis quia amo te. Dixit ei: Pasce oves Meas.

**OFFERTORY Psalm 33: 12**

Veníte, filii, audíte me; timórem Dómini docébo vos.

**SECRET**

Oblatiónebus nostris, quæsumus, Dómine, benigne suscéptis, da nobis, ut hæc divína mysteria, sancto Pio Summo Pontífice intercedénte, sincéris tractémus obséquies et fidéli mente sumámus. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

**COMMUNION John 6: 56-57**

Caro mea vere est cibus, et sanguis meus vere est potus. Qui mandúcat meam carnem et bibit meum ságuinem, in me manet et ego in eo.

**POSTCOMMUNION**

Mensæ cæléstis virtúte refécti, quæsumus, Dómine Noster: ut, interveniénte sancto Pio Summo Pontífice; fortes efficiámur in fide, et in tua simus caritáte concórdes. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

I have raised up a chosen man from my people, with my holy oil I have anointed him so that my hand is always with him and my arm strengthens him. (Ps. 88: 2) The graces of the Lord I will sing forever, with my mouth I will make known thy faithfulness through all the ages. Glory be to the Father, and to the Son, and to the Holy Spirit, as it was in the beginning, is now, and ever shall be, without end. Amen. I have raised up a chosen man from my people, with my holy oil I have anointed him so that my hand is always with him and my arm strengthens him.

O God, who for the defense of the Catholic Faith and the restoration of all things in Christ didst fill Saint Pius, Supreme Pontiff, with heavenly wisdom and apostolic courage: grant in Thy loving kindness that by following his teachings and examples we may attain eternal rewards. Through the same Jesus Christ, Thy Son, our Lord, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

Brethren, we had confidence in our God to preach to you the gospel of God amid much anxiety. For our exhortation was not from error, nor from impure motives, nor from guile. But as approved by God to be entrusted with the gospel, so we speak not as pleasing men, but God, who proves our hearts. For at no time have we used words of flattery, as you know, nor any pretext for avarice, God is witness, nor have we sought glory from men, neither from you nor from others. Although as the apostles of Christ we could have claimed a position of honor among you, still while in your midst we were as children: as if a nurse were cherishing her own children, so we in our love for you would gladly have imparted to you not only the gospel of God, but also our own souls: because you had become most dear to us.

I have proclaimed thy justice in the great assembly: lo, I did not restrain my lips; Lord, thou knowest. V. I have not hidden thy justice within my heart; I have declared thy faithfulness and thy help. Alleluia, alleluia. V. (Ps. 22: 5-6) Thou preparest a table for me, thou anointest my head with oil, my cup brims over. Alleluia.

At that time, At that time Jesus said to Simon Peter: Simon, Son of John, dost thou love Me more than these do? He said to Him, yes, Lord, thou knowest that I love Thee. He said to him, Feed My lambs. He said to him a second time, Simon, son of John, dost thou love Me? He said to him, yes, Lord, thou knowest that I love Thee. He said to him, Feed My lambs. A third time He said to him, Simon, son of John, dost thou love Me? Peter was grieved because He said to him for the third time, Dost thou love Me? And he said to Him, Lord, Thou knowest all things, Thou knowest that I love Thee. He said to him, Feed My sheep.

Come, children, hearken to me; I will teach you the fear of the Lord.

Graciously accept these our offerings, we beseech Thee, O Lord, and through the intercession of St. Pius, Supreme Pontiff, grant that we may treat these divine mysteries with unfeigned veneration and ever receive them with heartfelt faith. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

My Flesh is meat indeed and My Blood is drink indeed. He that eateth My Flesh and drinketh My Blood abideth in Me, and I in him.

We beseech Thee, O Lord our God, that we who have been replenished with strength at the heavenly table may, by the intercession of Saint Pius, Supreme Pontiff, be also steadfast in the faith and of one mind through love of Thee. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.